



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita Et Institvto S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris.  
Libri Qvinqve**

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1665**

XIX. B. Virgo Deipara Societatem domi suæ natam, vt rem suam tuetur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10840**

egere sata, interdum cœli clementia, & tempore; rigore interdum, ac gelu; vt altero germinent, altero radicem demittant altius: iisdem egent etiam Christi plantæ, in Ecclesia ad Dei gloriam constitæ: vt enim virtutem iusta laus prouehit; sic animi robur aduersæ conflictationes. Gaudeat R.V. eodem iure Societatem regi, quo primigenia olim Ecclesia; vñ Romæ! si Chartagine caruerit, vñ Societati, si concertantium impugnatione. Id vnum à R. V. effictum peto, vt pro suo charitatis perfectæ studio, à Deo exoret ne vnius culpam vñjuersi luamis. Quod præ quouis alio hac in re pertimesco. Ita ille. Vlissipone Matrij vltimo 1556.

## XIX.

*Aug. in Ps. 96.* Dixi de natali Societatis loco; addo de tempore de quo inter alia com-  
pendio tradita, narrat Simon Rodericius, vñus ex decem Ignatij sociis con-  
cepta in domo Deiparae Virginis Societate, diéque illi præ omnibus sa-  
cro fuisse communi Patrum suffragio, ipsius tutelæ Societatem eandem ab  
ipsis concreditam; delectam exinde Virginem in Societatis parentem, illosque  
tum sese, primùmque illud votum; tum verò spes omnes ita eius ē  
manu pendere voluisse, vt certò considerent, sua consilia ipsius auspiciis  
in Christi gloriam feliciter exitura. Iam quisquis patenti optimæ fidem,  
atque intimè deuotam, Societatis seruitutem hinc quidem attenderit; hinc  
verò illam seruitutem quam profusis, & singularibus Dei donis Societati  
Virgo rependerit, profectò intelliget, iam tum nexus teneritatis quen-  
dam velut matrem, & filios iuxtile, & mutuas vices officiosæ clientelæ,  
& beneficentia herilis velut inter seruos, & dominam constitisse. Ut enim  
certò Reginam Virginem, proprius tangit filij gloria, quam sua; & exhibi-  
tos filio honores, vñro sibi imputat reponendos: ita dubitari non potest  
religiosam familiam, Iesu Filij sui sanctis obsequiis penitus consecratam,  
quoniam præcipuo affectu complexa sit, ex iis nempe compositam, qui vt lo-  
quitur Pius V. Verè mundi huius relictis illecebris, adeò Seruatoris suo se  
dedicarunt, vt conculcatis thesanis, quos ergo & tinea comedit; lumbisque  
paupertate, & humilitate præcinctis, non conteni terrarum finibus, usque  
ad Orientales & Occidentales Indias penetraveritac eorum aliquos ita Dominis  
amor perstrinxerit, vt etiam proprijs sanguinis prodigi, vt verbum Dei inibi  
efficacius plantarent, Martyrio voluntario se supposuerint, perque eorum spiri-  
tualia Exercitia, etiam regna ipsa fidem agnoverint. Si pari vt aiebam  
gressu, crescentem filij gloriam materna sequitur, & quanto filij honoribus  
additur, tanto glorijsior fit mater, clarum videtur Deiparam Societa-  
tem filij sui, asseruisse sibi tanquam suam, ut pote cuius laboribus iam tum  
prospiceret, agnoscendum latè a populis filium, propagandan illius fidem,  
augendam gloriam cum ingenti quæstu innumerabilium animarum.

## XX.

*Seruitutis  
fructu quā  
Mari Vir-  
gini Societ-  
tas profita-  
tur.* Præter hæc tamen officia quibus Societas filio seruiens, simul etiam  
matri obsequitur, habet alia erga illam propriè nec pauca nec levia. Im-  
primis enim haud facile dictu est, quantum possit ad clientelas Deiparae  
magno numero proferendas, orbe toto ab Societate iumentitis educatio  
suscepta, qua non magis quidem ingenia literis, quam pietate animi exco-  
luntur